

sum Dominum nostrum. *Re.* Amen.

Dum benedicit incensum, Acoluthus assumens de carbonibus benedictis ponit in thuribulo. Finita verò benedictione incensi, Sacerdos incensum & ignem benedictum aspergit aqua benedicta: & de nauicula posito incenso in thuribulo, inde adolet prædicta grana incensi & ignem benedictum. Interim omnia luminaria Ecclesiæ extinguuntur, vt de igne benedicto postmodum accendantur.

Deinde Diaconus indutus dalmatica albi coloris, accipit arundinē cum tribus candelis in summitate illius triangulo distinctis. Præcedit thuriferarius cū acolutho deferente in vase quinque grana incensi. Sequitur Subdiaconus cum cruce, & Clerus per ordinem: deinde Diaconus cum arundine, post eum Celebrans. Cū Diaconus ingressus est Ecclesiam, inclinat arundinem, & Acoluthus deferens candelam accensam de nouo igne, accen-

dit vnam ex illis tribus candelis desuper positis: & Diaconus eleuans arundinem genufletit, similiter & omnes alij cum eo: & cantat solus **Lumen Christi.** *Re.* Deo gratias, Procedens deinde ad medium Ecclesiæ, ibi accenditur alia candela: & iterum genuflexus vt supra, altius cantat **Lumen Christi.** *Re.* Deo gratias. Tertio procedit ante altare, vbi accenditur tertia candela, & rursus genuflexus vt prius, adhuc altius dicit **Lumen Christi.**

*Re.* Deo gratias. Deinde dat arundinem vni Acolutho: & accipiens librū petit à Celebrante benedictionē, vt fit ad Euāgeliū: postea vadit ad pulpitu, & ponit sup eo librū, & incensat. A dextris Diaconi stēt Subdiacon⁹ cū cruce & Thuriferarius: à sinistris duo Acoluthi, ille qui tenet arundinē, & ali⁹ tenēs in vase quinque illa grana incensi benedicti figenda in cereo. Tunc surgentibus & stantibus omnibus, Diaconus cantat,



Xultet iam angelica turba cælorum:

Exultet diuina mysteria: & pro tantæ regis victória, tu-



ba insonet salutáris. Gáudeat & tello tátis irradiáta fulgó,



ribus: & æterni Regis splédóre illustrâta, to tí us or-



bis se senti at amiffisse calí ginem. Læ têtur & mater



Ecclesia tanti lúminis adornâta fulgóribus: & magnis



populórum vó cibus hæc au la re sul tet. Qua-



própter astántes vos fratres charissimi, ad tam mirã hui9



sancti lúminis clari tãtem, vnã mecũ, quæso, Dei omnipo-



téntis misericórdiam inuoca tē: vt qui me non meis méri



tis intra Leuitárum númerum digná tus est aggregáre:



luminis sui clari tátem infundens, Cerei huius laudem



implére perficiat. Per Dóminum nostrū Iesum



Christum filium suum: qui cum eo viuit & regnat



in vni tate Spíritus sancti, Deus. **P**er òmnia se cu-



la se culórum. **W.** Amen. **W.** Dóminus vobiscum



**℟.** Et cū spīri tu tu o. **℣.** Sur sum cor da. **℟.** Ha-



bé mus ad Dóminum. **℣.** Grá ti as a gâ mus Dómino



De o nostro. **℟.** Dig num & iu stum est. **V** eré dig-



num & iu stum est, inuisibi lem De um patrem omni po-



tētem, filiumq; eius vnigēni tum Dóminū nostrū Iesum



Christū, toto cordis ac mentis affectu, & vo cis mini-



stéri o per sonâre. Qui pro no bis ætérno patri Adq; de



bitū soluit: & v̄eteris piāculi cautiōnem pi o cruō re



detēr si. Hæc sūt enim festa Paschalia, in quibus verō ille



Agnus occiditur, cuius sanguine postes fide lium cōsecrā




tur. Hæc Nox est, in qua primū patres nostros filios



Israél eductos de Ægypto, mare rubrū, sicco vestigio



transire fecisti. Hæc igitur Nox est, quæ peccatorū tene-



bras, colūnæ illuminatiōne purgavit. Hæc nox est, quæ hō




die per vniuersū mūdū, in Christo credētes à vitijs sã-



culi, & caligine peccatorum segregatos, reddit grã tiæ



so ciat sanctitã ti. Hæc Nox est, in qua destructis vinculis




mortis, Christus ab inferis victoria ascen dit. Ni hil



enim nobis nasci pro fuit, ni si redimi profu isset



Omira circanos tu æ pie tã tis dignatio. O inæstima-



bilis dilèctio charitã tis: vt seruū redimeres si lium tra-



didisti. O certe necessariū Adæ peccatū, quod Christi



morte delē tū est. O felix culpa, quæ talē ac tantum me-



ruit habere redēptōrem. O ve rébeáta Nox, quæ sola



mérui scire tempus & horam in qua Christus ab inferis



resurrexit. Hæc Nox est, de qua scriptū est, & Nox sicut di-



es illuminábitur: & Nox illuminatio mea in delictijs



meis. Huiusigitur sanctificatio Noctis, fugat sce le ra,



culpas lauat: & reddit innocentiam lapsis, & maestis laeti-



tiam. Fugato dia, concordiam parat, curuatim-



Hic Diaconus infigit quinque  
grana incensi benedicti in Cereo  
in modum Crucis.

peria.



In huius igitur Noctis gratia, suscipe sancte Pa ter



incensi huius sacrificium vespertinum: quod tibi in hac



Cerei oblatione solenni, per ministrorum manu de operi-




bus apum sacrosancta reddit Ecclesia. Sed iam





colúmnæ huius præcóni a nó uimus, quam in honó rem



Hic Diaconus accendit Cereum.

De i rù ti lans ignis accendit.



Qui licet sit di uí sus in partes, mutu á ti tamen lúminis



detrimenta non nouit. A li tur enim liquantibus ce-



ris, quas in substántiam pretiosæ huius lámpadis a pis



Hic accenduntur lámpades.



mater eduxit, O ve rè be á ta Nox




quæ expoliãuit Ægyptios, di tâ uit Hebræos. Nox in qua  
terre-



terrénis cæléstia, humánis diuina iunguntur. Oramus




te Dómine: ut Cereus iste in honorem tui nominis



secratus, ad Noctis huius caliginem destruendam inde fieri




seuere. Et in odore sua uirtutis accepto, supernis lumi-



nariibus misceatur. Flammam eius Luciferi matutini



inueniat. Ille, inquam, Lucifer, qui ne scit oc-



casum. Ille qui regressus ab inferis, humano generi



se rēnus il lūxit. Precāmur ergo te Dōmine: vt nos fa-



mulos tu os, omnēmq; clerum & deuo tí ssumum



pó pulum: vnā cum beatíssimo Papa nostro **N.** &



Antístite nóstro **N.** quiē te tēpo rum cōcēssa: in his



Paschalibus gaudijs, assídua proctetiōne régere, guber-



nā re, & conseruāre dignēris. Respice étiam ad deuo-



tíssimū Regē nostrū **N.** cuius tu Deus de fide-



rij vo ta prænóscēs: ineffa bi li pie tâ tis, & mi se-



ricór diae tuæ mú nere, tranquillũ perpè tu æ pa-



cis acómmoda: & cæ léstem vi ctó ri am cum om-



ni pó pulo fu o. Per eúndem Dóminum nostrũ



Iesum Christum filiũ tuũ: qui tecum viuit & regnat in v-



nitáte spiritus fácti Deo: per ómnia secula seculórum. Amē.

Complera benedictione Cerei, dia-  
conus, depositis albis, sumit violacea  
paramenta, & vadit ad Celebrantem  
Postea leguntur Prophetiæ sine titu-  
lo: & in fine Prophetiarum dicuntur  
orationes modo subscripto.

Prophetia prima.



**I**N principio creauit  
Deus cœlum & ter-  
ram. Terra autem e-  
rat inanis, & vacua:  
& tenebræ erant su-

per faciem abyssi: & Spiritus Domini ferebatur super aquas. Dixitque Deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quod esset bona: & diuisit lucem à tenebris. Appel-  
lauitque lucem, diem: & tenebras, noctem. Factumque est vespere, & mane, dies vnus. Dixit quoque Deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum: diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quæ erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum, cælum. Et factum est vespere, & mane dies secundus. Dixit verò Deus. Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Factumque est ita. Et vocauit Deus aridam, terram. con-  
gregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus, quod esset bonum: & ait. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen: & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semet ipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnum quodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Factumque est vespere, & mane, dies tertius. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem: & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceat in firmamento cæli,

& illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præssset diei: & luminare minus, vt præssset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento cæli: vt lucerent super terram, & præsssent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere, & mane, dies quartus. Dixit etiam Deus. Producant aquæ reptile animæ viuētis, & volatile super terram, sub firmamento cæli. Creauitque Deus cete gradia, & omnem animam viuētem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas: & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum: benedixitque eis, dicens. Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auēsque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus. Producat terram animam viuētem in genere suo: iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas: & iumenta & omne reptile terræ, in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum: & ait. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omni-  
que reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam: ad imaginem Dei creauit illum: masculum & foeminam creauit eos. Benedixitque illis

illis Deus: & ait. Crescite, & multiplicamini: & replète terram, & subiicite eam: & dominamini piscibus maris, & volatilibus coeli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Dixitq; Deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escâ, & cunctis animantibus terræ omniq; volucris coeli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens: vt habeât ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum est vespere, & mane dies sextus. Igitur perfecti sunt coeli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat.

**Qua cõpleta sacerdos dicat. Orémus. & Diaconus.** Flectâmus genua. **Subdiaconus,** Leuâte. **Ocatio.**

**D**eus, qui mirabiliter creasti hominem, & mirabilius redemisti: da nobis, quæsumus, cõtra oblectamenta peccati, mentis ratione persistere: vt mereâmur ad æterna gaudia peruenire. Per Dõminum. **ꝛ.** Amen.

**Prophetia secunda.**

**Gene. Cap. 5. & 6.** **N**oë vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Chã, & Iapheth. Cumque cepissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent: videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus

quas elegerant. Dixitque Deus. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt: isti sunt potentes à seculo viri famosi. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra: & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore: poenituit eum, quod hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, Delēbo (inquit) hominem quem creavi, à facie terræ, ab homine vsq; ad animantia: à reptili vsq; ad volucres coeli. Poenitet enim me fecisse eos. Noë vero inuenit gratiam coram Deo. Hæ sunt generationes Noë. Noë vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Chã, & Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruerat viam suam super terram) dixit ad Noë. Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate à facie eorum: & ego disperdã eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis. Mansiunculas in arca facies: & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus. Et sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arce: quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram

stram in arca facies: & in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arcae pones ex latere deorsum. Coenacula & tritiga facies in ea. Ecce ego adducam diluuij aquas super terram: ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vite est subter coelum: & vniuersa quae in terra sunt, consumentur. Ponaque foedus meum tecum: & ingredieris arcam tuam & filij tui, vxor tua & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animalibus vniuersae carnis bina inducis in arcam, ut uiuant tecum: masculini sexus & foemini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terrae secundum genus suum: bina de omnibus ingredietur tecum, ut possint vivere. Tolle igitur tecum ex omnibus escis quae mandari possunt, & comportabis apud te: & erunt tibi: quae illis in cibum. Fecit ergo Noe omnia quae praeceperat illi Deus. Eratque sexcentorum annorum, quando diluuija quae inundauerunt super terram. Rupti sunt autem omnes fontes abyssi magnae & cataractae coeli apertae sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, Sem, & Cha, & Iapheth filij eius, vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum. Porro arca ferebatur super aquas. Et aquae praeualuerunt

nimis super terram: opertique sunt omnes mores excelsi sub vniuerso coelo. Quindecim cubitis fuit altior aqua super montes quos operuerat. Consumptaque est omnis caro, que mouebatur super terram, volucrium, animalium, bestiarum, omniumque reptilium quae reptant super terram. Remansit autem solus Noe, & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquae terram centum quinquaginta diebus. Recordatur autem Dominus Noe, cunctorumque animalium, & omnium iumentorum quae eant cum eo in arca: adduxit spiritum super terram, & imminuta sunt aquae. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractae coeli: & prohibita sunt pluuiae de coelo. Reuersaeque sunt aquae de terra euntes & redeuntes: & coeperunt minui post centum quinquaginta dies. Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcae quam fecerat, dimisit coruum. Qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquae super terram. Emisit quoque columbam post eum, ut videret si iam cessassent aquae super faciem terrae. Quae cum non inueniret ubi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquae enim erant super vniuersam terram. Extenditque manum, & apprehensam intulit in arcam. Expectatis autem ultra septem diebus alij, rursus dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vespeream, portans ramum oliuae virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe, quod cessassent aquae super terram. Expectauitque nihil

Cap. 8.

hil ominus septem diebus alijs: & emi-  
 fit columbam, quæ nō est vltra reuer-  
 sa ad eum. Locutus est autem Dōmi-  
 nus ad Noë, dicens. Egrēdere de arca  
 tu & vxor tua, filij tui, & vxores filio-  
 rum tuorum tecū. Cuncta animantia  
 quæ sunt apud te, ex omni carne tam  
 in volatilibus quā in bestijs & vniuer-  
 sis reptilibus quæ reptant super ter-  
 ram, educ tecū, & ingredi mini super  
 terram. Crescite, & multiplicamini  
 super eam. Egressus est ergo Noë & fi-  
 lij eius: vxor illius, & vxores filiorum  
 eius cū eo. Sed & omnia animantia, iu-  
 mēta, & reptilia quæ reptant super  
 terram secundum genus suum, de ar-  
 ca egressa sunt, Edificauit autē Noë  
 altare Dōmino: & tollens de cūctis pe-  
 cōribus & volūcribus mundis obtulit  
 holocausta super altāre. Odoratūque  
 est Dōminus odorem suauitātis.

**O** rēmus. **R.** Et cōtamus genua.  
**R.** Leuāte.

**Oratio.**

**D** eus in commutabilis virtus, &  
 lumen ætēnum: respice propi-  
 tius ad totius ecclēsiæ tuæ mirabile sa-  
 cramentum, & opus salutis humanæ,  
 perpētuae dispositionis effectu tran-  
 quillius operāre: totūque mundus ex-  
 periātur, & videat: deiecta erigi, inue-  
 terāta renouāri, & per ipsum redire  
 omnia in integrum, a quo sumpserunt  
 principium. Per Dōminum.

**Prophetia tertia.**

**G. 22.** **I** N diebus illis: Tentāuit De<sup>o</sup> Abra-  
 ham, & dixit ad eum. Abraham,  
 Abraham. At ille respōdit, Adsum.  
 Ait illi. Tolle filium tuum vnigēnitū

quem diligis Isaac, & vade in terram  
 visiōnis: & offeres eum ibi in holocau-  
 stum super vnum montiū quem mō-  
 strauero tibi. Igitur Abraham de no-  
 cte confurgens, strauit asinum suum:  
 ducens secum duos iuuenes, & Isaac fi-  
 lium suum. Cūq; concidisset ligna  
 in holocaustum: abiit ad locum quem  
 pręceperat ei Deus. Die autem tertio  
 eleuatis oculis, vidit locum procul: di-  
 xitq; ad pueros suos. Expectate hic cū  
 a sino: ego & puer illuc vsque prope-  
 rantes, postquam adorauerimus, re-  
 uertēmur ad vos. Tulit quoque ligna  
 holocausti, & impōsuit super Isaac fi-  
 liū suum: ipse verō portabat in māni-  
 bus ignē & gladiū. Cūque duo per-  
 gerēt simul, dixit Isaac patri suo. Pa-  
 ter mi? At ille respōdit. Quid vis fili?  
 Ecce (inquit) ignis & ligna: vbi est vi-  
 ctima holocausti? Dixit Abraham.  
 Deus prouidēbit sibi victimā holocau-  
 sti, fili mi. Pergēbant ergo pariter: ve-  
 neruntq; ad locū quem ostēderat ei  
 Deus: in quo edificauit altāre, & desu-  
 per ligna composuit: Cūq; colligās-  
 set Isaac filium suū, posuit eum in altā-  
 re super struem lignōrū. Extenditque  
 manum & arripuit gladium, vt im-  
 molāret filium suum. Et ecce angelus  
 Dñi de coelo clamāuit, dicens. Abra-  
 ham, Abraham. Qui respōdit. Adsum.  
 Dixitque ei. Ne extēdas manū tuam  
 super puerū: neque facies illi quicquā.  
 Nunc cognoui quod timeas Deum:  
 & non pepercisti filio tuo vnigenito  
 propter me. Leuāuit Abraham ocu-  
 los, viditq; post tergum arietem inter



vepres, hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius: Dominus videbit. Vnde vsq; hodie dicitur, In monte Dñs videbit. Vocauit autem angelus Dñi Abrahã secundo de celo, dicens. Per me metipsum iuravit, dicit Dominus: quia fecisti rem hanc, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me: benedicens benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, & velut arenam quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: quia obedisti voci meæ. Reuersusque est Abraham ad pueros suos: abieruntque Bersabee simul, & habitauit ibi.

**O**remus. Flectam<sup>9</sup> genua. **R.** Leuate.

**Oratio.**

**D**eus fidelium pater summe: qui in toto orbe terrarum, promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas: & per Paschale sacramentum, Abraham puerum tuum vniuersarum, sicut iurasti, gentium efficis patrem: di populis tuis dignè ad gratiam tuæ vocatiõnis introire. Per Dominum nostrum.

**Prophetia quarta.**

**I**n diebus illis. Factum est in vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum: & subuertit rotas currum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij. Fugiãmus

Israëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen. Extende manum tuam super mare: vt reuertantur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum. Fugientibusq; Aegyptiis occurrerunt aquæ: & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem super fuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per medium sicci maris: & aquæ eis erant quasi pro muro a dextris & a sinistris. Liberavitque Dominus in die illo Israel de manu Aegyptiorum. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris: & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos. Timuitq; populus Dominum: & crediderunt Domino, & Moysi, seruo eius. Tunc cecinit Moyses, & filij Israel, carmen hoc Domino, & dixerunt.

**Traçtus.** Cantemus Dño: gloriose enim honorificatus est: equum & ascensorem proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutem. **R.** Hic est Deus meus, & honorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. **R.** Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi.

Ex. 15

**O**remus. Flectamus genua. **R.**

Leuate.

**Oratio.**

**D**eus, cui<sup>9</sup> antiqua miracula etiã nostris seculis coruscãre sentimus

mus: dum quod vni populo, à persecutiōne Ægyptiaca liberando, dextera tuæ potentia contulisti: id in salutē gentium per aquam regeneratiōnis operaris: præsta: vt in Abrahæ filios, & in Israeliticam dignitatem, totius mundi transeat plenitudo. Per Dñm.

**Prophetia quinta.**

**I**sa. 45. **H**æc est hæreditas seruorum Dñi & iustitia eorū apud me, dicit dominus. Omnes sitiētes venite ad aquas: & qui non habētis argentum, properate, emite, & comedite. Venite emite absq; argento, & absq; vlla cōmutatiōne vinum & lac. Quare appetitis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audiētes me, & comedite bonū: & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & viuet anima vestra: & feriā vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce, gentem quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ non cognouerunt te, ad te current propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israël: quia glorificauit te. Quærite Dñm dū inueniri potest: inuocate eum dum prope est. De relinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas: & reuertatur ad Dñm, & miserebitur eius, & ad Deum nostrum, quoniā multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dñs. Quia

sicut exaltantur cœli à terra: sic exaltatae sunt viæ meæ à vijs vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terrā, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panē comedenti. Sic erit verbum meum quod egrediētur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum. sed faciet quæcūq; volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illum: dicit dominus omnipotens. **O** remus. **F**lectamus genua. **R.** **L**euate.

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiternus Deus, multiplica in honorem nominis tui quod partū fidei spopōdisti: & promissioni filios sacra adoptiōne dilata: vt, quod priores sancti non dubitauerunt futurum, ecclesia tua iam ex parte cognoscat implētum. Per.

**Prophetia sexta.**

**A**udi Israël mandata vite: auribus percipe, vt scias prudentiā. Quid est Israël: quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliēna: conuinctus es cū mortuis: deputatus es cum descendētib; in infernum. Dereliquisti fontem sapientiæ. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. Disce vbi sit sapientia, vbi sit virtus, vbi sit prudentia, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vite & virtus, vbi sit lumen oculorum & pax. Quis inuenit locū eius? Et quis introiuit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium,

& qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? Qui in aëribus cœli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines: & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant, & solliciti sunt: nec est inuentio operum illorum? Exterminati sunt, & ad inferos descendunt: & alij in locum eorum surrexerunt. Iuvenes viderunt lumen: & habitauerunt super terram. Viam autem disciplinæ nescierunt, neque intellexerunt semitas eius, neque susceperunt eam filij eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in Chanaan: neque visa est in Theman. Filij quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores terræ, & Themā, & fabulatores, & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt: neque meminērunt semitarum eius. O Israël quàm magna est domus Dei, & ingēs locus possessionis eius. Magnus, & non habet consummationem. excēllus & immēsus. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, statūra magna, scientes bellum. Non hos elēgit Dominus: neque viam disciplinæ dedit illis: propterea perierunt: Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suā insipientiam. Quis ascendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubi bus? Quis transfretauit mare, & inuenit eam, & attulit eam super aurum electum? Nō est, qui sciat viam eius: neque qui excogitet semitas eius. Sed qui scit vniuersa, nouit illam: & adinuenit

eam prudentia sua. Qui perfecit terram in sempiterno tempore: & adimpleuit eam pecudibus. Vocauitque eas: & obaudiuit eum in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis: & lætatae sunt. Vocatae sunt, & dixerunt: adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster: & non æstimabitur alius ad eum. Hic ad inuenit omnem viam disciplinæ: & dedit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hoc super terram visus est: & cum hominibus conuersatus est.

**O**remus. **F**lectamus genua. **Leuāte.**

**Oratio.**

**D**eus, qui ecclesiam tuam semper gentium uocatione multiplicas: concede propitius: ut, quos aqua baptismatis abluis, continua protectione tuearis. Per Dominum.

**Prophetia septima.**

**I**n diebus illis Facta est super me **ma** **Ez 37**  
**I**nus Dñi, & eduxit me in spiritu Domini: & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus: & circumdixit me per ea in gyrum. Erant autem multa valde super faciem campi, siccaque; vehementer. Et dixit ad me. Fili hominis, putasne uiuet ossa ista? Et dixi. Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me. Vaticinare de ossibus istis. & dices eis. Ossa arida, audite verbum Domini. Hec dicit Dominus Deus ossibus his. Ecce, ego intromittam in vos spiritum, & uiuetis, & dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in uobis cutem: & dabo uobis spiritum, & uiuetis

ris: & sciētis quia ego Dominus. Et prophetaui sicut præceperat mihi. Factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio. Et accesserūt ossa ad ossa: vnum quodq; ad iuncturam suā, Et vidi: & ecce super ea nerui, & carnes ascenderūt: & extēta est in eis, cutis desuper: & spiritum non habebāt. Et dixit ad me. Vaticinare ad spiritū vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum. Hæc dicit Dominus Deus. Aquatuor vētis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: & steterūt super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me. Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israël est. Ipsi dicunt: aruerūt ossa nostra, periit spes nostra, & abscissumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego aperiam tūmulos vestros, & educā vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terram Israël. Et sciētis, quia ego Dominus, cū aperūero sepulchra vestra, & eduxero vos de tūmulis vestris popule meus: & dederō spiritum meum in vobis, & vixeritis: & requiescere vos faciam super humum vestram, dicit Dominus omnipotens. **O rēmus.**

Flectamus genua. **R.** Leuāte.

**Oratio.**

**D**eus, qui nos ad celebrādum Paschale sacramētum vtriusq; testamenti paginis instruis: da nobis intelligere misericordiam tuā: vt ex percep

tiōne præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum. Per Dñm.

**Prophetia octaua.**

**A**pprehēdet septem mulieres virum vnum in die illa, dicentes. Panem nostrū comedemus, vestimentis nostris operiemus: tantummodo inuocetur nomen tuū super nos: aufer opprobriū nostrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & in glōria: & fructus terræ sublimis: & exultatio his qui saluati fuerint de Israël. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalē: sanctus vocabitur, omnis qui scripus est in vita in Hierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiātum Sion: & sanguinē Hierusalē lauērit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardōris. Et creauit Dominus Deus super omnem locū montis Sion, & vbi inuocatus est: nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim glōriam protectio. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æstu: & in securitatem & absconsonem à turbine & à pluuia.

**Tractus.** Vineam facta est dilectio in cornu, in loco vberi. **¶** Et maceriam circūndedit, & circumfodit: & plantauit vineam Sorec, & ædificauit turrim in medio eius. **¶** Et torcular fodit in ea: vinea enim Dñi sibaōth, domus Israël est. **O rēmus.**

Flectamus genua. **R.** Leuāte.

**Oratio.**

**D**eus, qui in omnibus ecclesie tue filijs, sanctorum prophetarū vo

ce manifestasti, in omni loco domina-  
tionis tuæ, fatorem te bonorum semi-  
num, & electorum palmitum esse cul-  
tore: tribue, quæsumus, populis tuis:  
qui & vineatum apud te nomine cen-  
sentur & segetum: ut, spinarum & tri-  
bulorum squalore refecato, digna effi-  
ciantur fruge fecundi. Per Dñm.

**Prophetia nona.**

**I** N diebus illis: Dixit Dominus ad  
Moysem & Aaron in terra Ægypti.  
Mensis iste, vobis principium mensium:  
primus erit in mensibus anni. Loqui-  
mini ad vniuersum ceterum filiorum Is-  
raël, & dicite eis Decima die mensis  
huius, tollat vnusquisque agnum per  
familias & domus suas. Sin autem mi-  
nor est numerus vt sufficere possit ad  
vescendum agnum, assumet vicinum  
suum qui iunctus est domini suæ, iux-  
ta numerum animarum que sufficere  
possunt ad usum agni. Erit autem ag-  
nus absque macula, masculus, anni-  
culus: iuxta quem ritum tollētis & hoc-  
dum. Et seruābitis eum vsq; ad quar-  
tam decimam diem mensis huius. Im-  
molabitque eum vniuersa multitudo  
filiorum Israhel ad vesperam. Et su-  
ment de sanguine eius: ac ponent su-  
per vtrumque postem, & in superlimi-  
naribus domorum, in quibus come-  
dent illū. Et edent carnes nocte illa af-  
fas igni: & azymos panes, cū lactūcis  
agrestibus. Non comedētis ex eo cru-  
dum quid, nec coctū aqua: sed assum-  
tantū igni. Caput cū pedibus eius & in-  
testinis vorābitis: & os eius non con-  
fringētis. Nec remanēbit ex eo quic-

quam vsq; mane. Si quid residuū fue-  
rit, igni cōburētis. Si autem comedē-  
tis illū. Renes vestros accingētis: & cul-  
ciamēta gabēbitis in pedibus, tenen-  
tes bāculos in mānibus, & comedētis  
festināter. Est enim phase (id est tran-  
situs) Domini. **O** rēmus

Flectāmus gēna. **Leuate. Oratio.**

**O** Mnipotens sempiternē Deus,  
qui in omnium operum tuorum  
dispensatione mirabilis es: intelligāt  
redempti tui non fuisse excellentius,  
quod initio factus est mundus, quam  
quod in fine seculorum Pascha nostrū  
immolatus est Christus. Qui tecum.

**Prophetia decima.**

**I** N diebus illis. Factum est verbū Dō <sup>1069.3.</sup>  
mini ad Ionam propheta secun-  
dō, dicens Surge, & vade in Niniuen  
ciuitatem magnam: & prædica in ea  
prædicationem quam ego loquar ad  
te. Et surrexit Ionas, & abiit in Nini-  
uen iuxta verbum domini. Et Niniue  
erat ciuitas magna itinere dierū triū.  
Et cepit Ionas introire ciuitatem iti-  
nere diei vnus: & clamauit, & dixit.  
Adhuc quadraginta dies, & Niniue  
subuertetur. Et crediderunt viri Ni-  
niuitæ in Domino: & prædicauerunt  
ieiunium, & vestiti sunt saccis à ma-  
iore vsque ad minorem. Et peruēnit  
verbū ad regem Niniue: & surrexit de  
folio suo, & abiicit vestimentū suū à  
se, & indutus est sacco, & sedit in cine-  
re. Et clamauit, & dixit in Niniue ex  
ore regis & principum eius, dicens.  
Homines, & iumenta, & boues, & pe-  
cora non gustent quicquā, nec pascan-

tur, & aquam non bibant. Et operian-  
tur faccis homines & iumenta, & cla-  
ment ad Dñm in fortitudine: & con-  
uertatur vir à via sua mala, & ab ini-  
quitate quæ est in manibus eorū. Quis  
scit si conuertatur, & ignoscat Deus: &  
reuertatur à furōre iræ suæ, & nō peri-  
bimus? Et vidit Deus opera eorū quia  
cōuersi sunt de via sua mala: & misert⁹  
est pōpulo suo, Dñs Deus noster.

**O**remus. Flectāmus gēna. *Rz.*  
Leuāte. **Oratio.**

**D**eus, qui diuersitatem gentium  
in confessiōne tui nominis adiu-  
uasti: da nobis, & velle, & posse quæ præ-  
cipis: vt populo ad æternitatem voca-  
to, vna sit fides mentium, & pietas  
actiōnum. Per Dōminum.

**Prophetia vndecima.**

**I**n diebus illis: Scripsit Mōyses can-  
ticum: & docuit filios Israël. Præce-  
pitque Dñs Iosue filio Nun: & ait. Cō-  
fortate, & esto robūstus. Tu enim in-  
troducēs filios Israël in terram quam  
pollicitus sum eis: & ego ero tecum.  
Postquam ergo scripsit Mōyses verba  
legis huius in volumine, atque com-  
pleuit: præcepit Leuitis qui portabāt  
arcam fœderis Dōmini, dicens Tōl-  
lite librum istum, & pōnite eum in  
latere arcæ fœderis Dōmini Dei ve-  
stri: vt sit ibi contra te in testimōniū.  
Egō enim scio contentiōnem tuam:  
& ceruicem tuam durissimā. Adhuc  
viuente me & ingrediēte vobiscum  
semper contentiosè egistis contra Dō-  
minum: quanto magis cum mōrtuus  
fuerō? Congregāte ad me omnes ma-

iores natu per tribus vestras, atq; do-  
ctores: & loquar audientibus eis ser-  
mōnes istos, & inuocabo cōtra eos cœ-  
lum, & terram. Noui enim quōd post  
mortem meam iniquè agētis: & decli-  
nābitis citō de via quam præcepi vo-  
bis. Et occūrens vobis mala in extre-  
mo tempore: quādo feceritis malum  
in cōspectu Dōmini: vt irritētis eum  
per opera manuum vestrarum. Locū-  
tus est ergo Mōyses, audiente vniuer-  
so cœtu filiōrū Israël, verba carminis  
huius: & ad finem vsque complēuit.

**Tractus.** Attende cœlum, & lo-  
quar: & audiat terra verba ex ore meo. *31.*  
*✠.* Expectētur sicut plūuia elōquium  
meum: & descendant sicut ros verba  
mea. *✠.* Sicut imber super gramen:  
& sicut nix super scenum: & nomen  
Dōmini inuocabo. *✠.* Date magni-  
tūdinem Deo nostro: Deus vera ope-  
ra eius, & omnes viæ eius iudica. *✠.*  
Deus fidelis, in quo non est iniquitas:  
iustus & sanctus Dōminus.

**O**remus. Flectāmus gēna. *Rz.*  
Leuāte. **Oratio.**

**D**eus celsitudo humilium & forti-  
tudo rectōrum: qui per factum  
Mōysen pūerum tuum, ita erudire pō-  
pulum tuum sacri carminis tui decan-  
tatiōne voluisti: vt illa legis iteratiō fie-  
ret etiam nostra directio: excita in om-  
nem iustificatarum gentiū plenitudi-  
nem potentiam tuam, & da lætitiā  
mitigando terrōrem: vt omnium pec-  
catis tua remissiōne deletis: quod de-  
nunciātum est in vltiōnem, transeat  
in salutem. Per Dōminum.

## Prophetia duodecima.

**I**N diēbus illis: Nabuchodónosor rex fecit statuam auream, altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex: & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylónis. Itaque Nabuchodónosor rex misit ad cōgregandos satrapas, magistrátus, & iudices: duces & tyránnos: optimátes & p̄fectos, omnesque príncipes regiōnum: vt conuenirent ad dedicatiōem statuę, quam erexerat Nabuchodónosor rex. Tunc cōgregáti sunt satrapæ, magistrátus & iudices, dúces & tyránni, & optimátes qui erant in potéstatibus constitúti, & vniuersi príncipes regiōnum: vt conuenirent ad dedicatiōem statuę quam erexerat Nabuchodónosor rex. Stabant autē in conspéctu statuę quam posuerat Nabuchodónosor rex: & p̄æco clamábat valenter. Vobis dicitur p̄pulis, tribubus, & linguis. In hora qua audietis sonitum tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambúcæ & psalterij, & symphóniæ, & vniuersi generis musicōrum: cadentes adoráte statuá auream quā constituit Nabuchodónosor rex. Siquis autē non prostrátus adoráuerit, eadē hora mittetur in fornacē ignis ardētis. Post hæc igitur statim vt audierunt omnes p̄puli sonitum tubæ, fistulæ, & citharæ, sambúcæ, & psalterij, & symphóniæ, & omnis generis musicōrū: cadētes omnes p̄puli, tribus, & linguæ adorauerunt statuá auream quam constitúerat Nabuchodónosor rex. Statimq; in ipso tēpore accedentes viri Chaldæi ac

cusauerunt Iudæos, dixeruntque Nabuchodónosor regi. Rex in æternū vive. Tu rex posuisti decretū: vt omnis homo qui audierit sonitum tubę, fistulæ & citharæ, sambúcæ & psalterij, & symphóniæ, & omnis generis musicōrum, prosternat se, & adoret statuá auream. Si quis autē non prócidens adoráuerit, mittatur in fornacē ignis ardētis. Sūt ergo viri Iudæi, quos constituisti super òpera regiōnis Babilóniæ, Sidrach, Misach, & Abdénago: viri isti contempserunt rex decretum tuū: deos tuos non colunt, & statuam aureá quam erexisti non adorant. Tūc Nabuchodónosor rex in furóre & ira præcēpit, vt adduceretur Sidrach, Misach, & Abdénago: qui confestim adducti sunt in conspéctu regis. Pronunciánsq; Nabuchodónosor rex, ait eis. Veréne Sidrach, Misach, & Abdénago deos meos non colitis, & statuam auream quā constitui, non adorátis? Nūc ergo si estis parati, quacūq; hora audieritis sonitū tubæ, fistulæ, citharę, sambúcæ, & psalterij & symphóniæ, omnisque generis musicōrū, prosternite vos, & adoráte statuam quam feci. Quod si non adoraueritis, eadē hora mittemini in fornacē ignis ardētis. Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Respondētes Sidrach, Misach, & Abdénago, dixerunt Nabuchodónosor regi. Non opórtet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster quem colimus, potest nos eripere de camino ignis ardētis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quod si

nolu-

noluerit, notum fit tibi rex: quia deos tuos non colimus: & statuam auream quam erexisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach & Abdenago. Et praecepit ut succenderetur fornax septuplum, quam succendi consueuerat. Et viris fortissimis de exercitu suo iussit: ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris & calciamentis, & vestibus missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. Nam iussio regis urgebat Fornax autem succensa erat nimis. Porro viros

illos qui miserant Sidrach, Misach & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati. Et ambulabant in medio flammę laudantes Deum, & benedcentes Domino.

*Hic non dicitur, Flectamus genua.*

*Oratio.*

**O**mnipotens sempiternae Deus, spes vnica mundi, qui prophetarum tuorum praecōnio praesentium temporum declarasti mysteria: auge populi tui vota placatus: quia in nullo fidelium nisi ex tua inspiratione proueniunt quarum libet incrementa virtutum. Per Dominum.

*Hic expletis, si Ecclesia habuerit fontem baptismalem, Sacerdos benedicturus fontem, accipit pluuiale violaceum, & procedit vsq; ad fontem praecedentibus ministris cum cruce, & cerco benedicto accenso. Interea, dum descenditur ad fontem, cantatur sequens Tractus.*



I cut cer uus de si derat ad fontē  
a quā rum: i ta de si derat a nima me a  
ad te De us. *N.* Si ti uit a nima me a ad  
N s Deum



De ū vi uū: quādo ve ni am, & ap pa-

re bo an te fa ci em De i: ✠.

Fue rūt mi hi lacrimae meae panes die ac nocte, dū di-

ci tur mi hi per singulos di es, vbi est De us tu us?

*Deinde Sacerdos antequā inret ad benedictionē fontis, dicit hanc orationem ibi iuxta fontem. ✠. Dñs vobiscū, R. Et cū spīritu tuo. Orēmus.*

**O**mnipotens sempitēne Deus, respice propitius ad deuotiōnē. populi renascentis, qui, sicut ceruus, aquarum tuarum expetit fontem: & concēde propitius: vt fidei ipsius sitis, baptismatis mysterio animā corpūque sanctificet. Per Dñm. R. Amen.

*Postea procedit ad benedictionem*

*fontis, dicens. ✠. Dñs vobiscum. R. Et cū spīritu tuo. Orēmus. Oratio.*

**O**mnipotens sempitēne Deus, adēsto magnae pietatis tuae mysterijs, adēsto sacramētis: & ad recreādos novos pōpulos quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptiōnis emitte: vt quod nostrae humilitatis gerendum est ministerio, virtutis tuae impleatur effectu. Per Dōminū.

*Eleuans vocem in modum praefationis prosequitur.*



**P**er omnia secula, seculorum. **℞.** Amē. **℣.** Dómino



biscum. **℞.** Et cum spíri tu tuo. **℣.** Sur sum corda. **℞.**



Habēmus ad Dómí num. **℣.** Grátias agāmus Dômino



De o nostro. **℞.** Dignum & iustum est. **V**erédignū &



iustum est, æquū & salutāre: nos ti bi semper & vbiq; grā



ti as āgere, Dômine sancte, pater ōnipotēs, ætérne Deus.



Qui in uisibi li potēti a sacramentōrū tuórum mira



bi liter operâris effectum. Et licet nos tâtis mystêrijs. ex



equêndis simus indigni: tu tamē grâtiæ tuæ dona non



dâferens, é tiam ad preces nostras aures tuæ pi e tâ-



tis inelinâs. Deus, cuius spîritus super aquas, inter ipsa



mundi primórdia ferebâtur: vt iam tûc virtûtē sâctifica-



tiónis aquârũ natûræ cõcîperet. Deus, qui nocētis mû-




dicrîmina per aquas ábluens, regeneratiônis spéciem



in ipsa dilu uij effusio ne signasti: ut u nius eius



demque e lemēti mystério, & finis esset vi ti js,



& origo virtú tibus. Réspice Dómine in fa cí em ecclé-



sia tuae, & multiplice in ea regenerati ónes tuas,



qui grátia tuae affluentis ímpetu laúficas ciuitá tem



tuam, fontē que baptísmatis áperis to to orbe terrárum



gentibus innouándis: ut tuae ma iestátis imperio, sumat

Sacerdos diuidit  
aquam manu in  
modū crecis di-  
cens.

vnigeniti tui grátiam de spírítu sácto.

Qui hanc aquam regenerádis homínibus præparatá ar-

cána sui núminis admistióne fœcúndet: vt sanctí-

ficati ône cōcépta, ab immaculato diuini fôntis vtero,

in nouam renâta creata túram, progénies cælestis emér-

gat. Et quos aut sexus in corpore, aut ætas discérnit in tépo-

re, omnes in vnam páriat grátia mater infantiã. Pro-

cul



cul ergo hinc, iubente te Dómine, omnis spíritus immūdus



abscédât: procul tota nequítia diabólicæ fraudis absi-



stat. Ni hil hic loci hábeat contráriæ virtutis admí-



stio: non insidiándo circúmuólet, non laténdo surrêpat:



Aquam  
manu tá  
git.

non in fi ci én do cor rumpat.

Sit hæc san-



cta & inno cens cre a tú ra, lí be ra ab omni impug-



na tó ris in cúr su, & to tí us nequití æ purgáta discés-



fu. Sit fons viuus, aqua regèneràs, vn da pu ri ficans:




vt omnes, hoc la uacro sa lu ti fe ro di lu èndi, ope-



rante in e is spí ri tu san cto, perfectæ purgatiônis in





Facit cru-  
ces supra  
fôtē dicēs.

dulgenti am consequantur. Vnde be  ne



dico te creatûra aquæ: per Deum  viuum: per Deum



 verum: per Deum  factû: per Deum, quite in princi-



pio, vrbo sepa râ uit ab â ri da: cuius spí ritus super



Diuidit aquam & effundit in quatuor mundi partes, dicens.

te fe re bā tur.



Qui te de paradí si fonte manáre fecit, & in quatuor flu-




minibus díuidēs, totā terram rigāre præcēpit. Qui te in



de seruo amāram suauitate ín di ta fecit esse potābilem



& si tiēti pópulo de petra prodúxit. Bene  dí co te



& per Ie sum Christum fili um eius vnicum Dóminū no



strū: qui te in Cana Galiaæ æ signo admirābili, sua potē






ti a cōuertit in vinū. Qui pēdibus superte ambulāuit, &



à Ioāne in Iordāne inte baptizāt9 est. Qui tevnà cū sāgui



nede lā tere suo prodūxit, & discīpulis suis iussit, vt cre-



dentes baptizētur in te, dicēs. Ite, docēte omnes gētes



baptizātes eos, in nōmine patris & filij, & spīritus sancti.

**Mutat vocem, & profequitur in modum lectionis.**

**H**Æc nobis præcepta seruantibus  
tu Deus omnipotens, clemens a  
desto: tu benignus adspira.

**Halat ter in aquam, in modum  
crucis, dicens.**

**T**u has simplices aquas tuo ore bene  
dicito: vt præter naturalem emunda  
tiōnem, quam lauādis possunt adhi  
bēre corpōribus, sint etiā purifican  
dis mētibz efficaces.

**Hic Sacerdos ponit cereum patū  
intus in aquam: & resumens tonum  
præfationis dicit.**



Descéndat in hãc pleritudinẽ fontis, vir tus spíuit9 sancti.

Deinde extractum cereum de aqua, iterum profundius mergit, aliquanto altius reperens, Descéndat in hanc. Postea extractum rursus cereum de aqua tertio immergens vsque ad fundum, altiori adhuc voce reperit Descéndat, vt suprà. Et deinde sufflãs ter in aquam, prosequitur.



Totamque huius aquæ substantiam re generandi



Hic tollitur cereus de aqua, & prosequitur.

locundet ef fe ctu.



Hic, omnium peccatorũ macula de leantur: hic, natura ad



imagine tuam cõdita, & ad honorem sui reformata prin



ci pi j, cunctis vetustatis squaloribus emũdetur: vt omnis



homo sacramentum hoc regenerationis ingressus, in ve-



ræ innocentiae novam infantiam renascatur.

*Sequentia dicit legendo.*

Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui venturus est iudicare vivos & mortuos, & seculum per ignem. *R.* Amen.

Deinde per assistentes Sacerdotes spargitur de ipsa aqua benedicta super populum. Et interim vnus ex Ministris Ecclesiae, accipit in vase aliquo de eadem aqua, ad aspergendum in domibus, & alijs locis. His peractis, Sacerdos qui benedixit fontem, infundit de oleo Catechumenorum in aquam in modum crucis, intelligibili voce dicens. Sanctificetur & fecundetur fons iste oleo salutis renascentibus ex eo, in vitam aeternam. *R.* Amen.

Deinde infundit de chrismate, modo quo supra, dicens. Infusio chrismatis Domini nostri Iesu Christi: & spiritus sancti paracliti, fiat in nomine sanctae Trinitatis. *R.* Amen.

Postea accipit ambas ampullas dicti olei sancti & chrismatis, & de vtroque simul in modum crucis infundendo dicit. Commissio chrismatis sanctificationis, & olei vntionis: & aquae ba-

ptismatis, pariter fiat, in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. *R.* Amen.

Tunc miscet ipsum oleum cum aqua, & spargit cum manu sua per omnem fontem. Si aderunt baptizandi, baptizat more consueto. Deinde dicitur Litaniae. Postea rediens, preparat se pro Missa solenniter celebranda.

Vbi vero non sunt fontes baptismales, finita vltima prophetia cum sua oratione, Celebrans casula deposita, cum ministris ante altare procumbit: & alijs omnibus genuflexis, cantantur Litaniae in medio chori a duobus cantoribus, vtroque Choro idem simul respondente. Circa finem Litaniarum, Sacerdos & ministri induuntur paramentis albi coloris: & interim accenduntur luminaria in altari. In fine Litaniarum cantantur solenniter Kyrie eleison, & repetuntur vt in Missa moris est.

Litania in hac longa cantatur, vt breuis: breuis vtro, vt semibreuis canitur.



**K** yrie e lei son. **C** hriste



e lei son. **C** hriste au di nos.



**C** hriste ex au di nos. **P** a-



ter de coelis **D** eus, mi se re re



nobis **F** i li re de p tor mu di



**D** eus, mi se re re nobis. **S** pi ri-



tus **S** ac te **D** eo, mi se re re no-



bis. **S** ac ta tri ni tas vnus **D** eus,



mi se re re no bis



**S** an cta Ma ri a o ra pro nobis.

**S** an cta **D** ei ge ni trix. ora.

**S** an cta vir go vir gi num, ora.

**S** an cte Mi cha el. ora.

**S** an cte Ga bri el, ora.

**S** an cte Ra pha el, ora.

**O** mnes san cti an ge li & arch an ge li, o ra te pro nobis.

**O** mnes san cti be a to rum spi ri tum or di nes, o ra te pro nobis.

**S** an cte Io an nes Ba p ti sta, ora.

**O** mnes san cti pa tri ar chae & prop he ta e, o ra te pro nobis.

**S** an cte Pe tre, ora.

**S** an cte Pau le, ora.

**S** an cte Io an nes, ora.

**O** mnes san cti a pos to li & eu an ge li sta e, o ra te pro nobis.

**O** mnes san cti dis ci pu li Do mi ni, o ra te pro nobis.

**S** an cte Ste phane, ora.

**S** an cte Lau ren ti, ora.

**S** an cte Vin cen ti, ora.

Omnes sancti Martyres, orate pro nobis.  
 Sancte Syluester, ora.  
 Sancte Gregori, ora.  
 Sancte Augustine, ora.  
 Omnes sancti pontifices & confesso-  
 res, orate pro nobis.  
 Omnes sancti doctores, orate  
 Sancte Benedicte, ora.  
 Sancte Dominice, ora.  
 Sancte Francisce, ora:  
 Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ,  
 orate pro nobis.  
 Omnes sancti Monachi & Eremitæ,  
 orate pro nobis.  
 Sancta Maria Magdalena, ora.  
 Sancta Agnes, ora.  
 Sancta Agatha, ora.  
 Omnes sanctæ virgines & viduæ, orate  
 te pro nobis.  
 Omnes sancti & sanctæ Dei, interce-  
 dite pro nobis.



Propitius esto: parce nobis Dñe.  
 Propitius esto, exaudi nos Dómine.  
 Ab omni malo, libera nos Dómine.  
 Ab omni peccato, libera nos Dñe.  
 A morte perpétua, libera nos Dñe.  
 Per mysterium sanctæ incarnationis  
 tuæ, libera nos Dómine.  
 Per aduentum tuum, libera.  
 Per natiuitatē tuam, libera nos Dñe.  
 Per baptismum & sanctum ieiunium  
 tuum, libera nos Dómine.  
 Per Crucem & passionem tuam, libe-  
 ra nos Dómine.

Per mortem & sepulturam tuam, libe-  
 ra nos Dómine.  
 Per sanctam resurrectionem tuam, li-  
 beranos Dómine.  
 Per admirabilem ascensionem tuam  
 libera nos Dómine.  
 Per aduentum spiritus sancti paraclet-  
 ti, libera nos Dómine.  
 In die iudicij, libera nos Dómine.



Peccatores: te rogamus audi nos



Vt nobis parcas: te rogamus audinos.

Vt ecclesiā tuā sanctā regere & confer-  
 uare digneris, te rogamus audi nos.

Vt dominum apostolicum & omnes  
 ecclesiasticos ordines in sancta re-  
 ligione conseruare digneris, te ro-  
 gamus, audi nos.

Vt inimicos sanctæ Ecclesiæ humiliā-  
 re digneris, te rogamus audi nos.

Vt Regibus & principibus Christia-  
 nis, pacē & verā cōcordiam donā-  
 re digneris, te rogamus audi nos.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio  
 confortare & conseruare digneris,  
 te rogamus audi nos.

Vt omnibus benefactoribus nostris  
 sempiterna bona retribuas, te ro-  
 gamus audi nos.

**V**t fructus terræ dare & conseruare digneris: te rogamus audi nos.

**V**t omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris: te rogamus audi nos.

**V**t nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.



**A**gnus Dei, qui tollis peccata



mundi: parce nobis Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

**A**gnus Dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis.

**C**hriste audi nos. Christe exaudi nos.

*Hic cantores solenniter incipiunt:*

**K**yrie eleison, **C**hriste eleison, **K**yrie eleison: & ter singula repetuntur.

*Interim Sacerdos cum ministris in paramentis albis accedit ad altare, & facit confessionem, ut moris est in loco consueto: deinde ascendens, osculatur altare, incensat more solito, & finitis a*

*Choro kyrie eleison, incipit solenniter Gloria in excelsis Deo & pulsantur campanæ. Quo finito dicit, Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.*

*Oremus.*

**D**eus: qui hanc sacratissimam no-  
ctem gloria Dñicæ Resurrectiō-

nis illustras: conserua in noua familiæ tuæ progénie adoptiōnis spiritū quē dedisti: ut corpore & mente renouati, puram tibi exhibeant seruitutem. Per Dōminum nostrum.

*Lectio epistolæ beati Pauli apō-  
stoli ad Colossenses.*

**F**ratres: Si consurrexistis cū Chri-  
sto: quæ sursum sunt quærite, vbi  
Christus est in dextera Dei sedens.  
Quæ sursum sunt, sapite: non quæ su-  
per terram. Mortui enim estis: & vita  
vestra abscondita est cum Christo in  
Deo. Cum autem Christus apparue-  
rit vita vestra: tunc & vos apparebitis  
cum ipso in gloria.

*Finis epistolæ Celebrans incipit.*



**A**lleluia.

*Et totum decantat ter, eleuando vo-  
cem gradatim: & Chorus postquam  
libet vicem, in eadem voce repetit il-  
lud idem. Postea Chorus profertur  
✠. Confitemini Dōmino quōniam  
bonus: quōniam in seculum miseri-  
cōrdia eius.*

*Deinde dicitur Tractus. Laudate  
Dōminum omnes gentes, & collau-  
date eum omnes populi. ✠. Quōniam  
confirmata est super nos misericōrdia  
eius, & veritas Dōmini manet in æ-  
tēnum.*

Ad Euangelium non portantur luminaria, sed tantum incensum: & petitur benedictio.

Sequentia sancti euangelij  
secundum Matthæum.

8. **V** Espere autem Sabbati, quæ lucefcit in prima Sábhati: venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. Et ecce, tremor factus est magnus. Angelus enim Dñi descendit de cælo: & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius, sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes: & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus. Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum

qui crucifixus est, quæritis. Non est hic. Surrexit enim, sicut dixit. Venite & videte locum, ubi positus erat Dominus. Et citò euntes dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce, præcedite vos in Galilæam. Ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis.

Non dicitur **C**redo: sed finito Euangelio, Sacerdos dicit Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. & postea **O**remus. Non dicitur Offertorium. **Secreta.**

**S**uscipe, Domine, quæsumus: preces populi tui, cum oblationibus hostiarum: ut paschalibus initiata mysterijs, ad æternitatis nobis medelam te operante proficiat. Per Dominum.

## PRÆFATIO.




Er omnia secula seculorum. **R.** Amen.

Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **S**ur-

sum corda **R.** Habemus ad Dominum. **G**ratias  
aga-



agamus Dómino Deo nostro **R.** Dignum & iu-



stū est. **V.** e rē dignum & iustū est, æquum & salutā re.



Te quidem Dómine omni tempore, sed in hac potissimū



nocte gloriósius prædicā cum Pascha nostrum immo



latus est Christus. Ipse enim verus est Agnus,



qui abstulit peccata mundi. Qui mortem nostram



moriendo destruxit, & vitam resurgendo repa-





râ uit: Et i de ó, cū Angelis & Archāgelis, cū Thronis



& Dominati ó nibus, cumq; omni militi a cælestis exêr-



citus, hymnū gloriæ tuæ cānimus, si ne fine dicentes.

### INERA ACTIONE M.

**C**ommunicantes, & noctē sacra-  
tissimā celebrantes Resurrectiō-  
nis Dñi nostri Iesu Christi secundum  
carnē, sed & memoriā venerātes, &c.

#### Alia infra actionem

**H**anc igitur oblationem seruitū-  
tis nostræ, sed & cunctæ familiæ  
tuæ, quam tibi offerimus: pro his quo-  
que quos regenerāre dignatus es ex A-  
qua & Spīritu sancto, tribuens eis re-  
missiōnē omnium peccatōrum quesu-  
mus Dōmine, placātus accīpias, &c.

**Dicitur**, Pax Dōmini, sit semper  
vobiscum: sed pacis osculum non da-  
tur: nec Agnus Dei nec Postcōmun-  
nio dicuntur. Post sumptionem Sa-  
cramēti, pro Vesperis in Choro can-  
tatur Antiphona Alleluia, alleluia, al-  
leluia: & Psalm. Laudate Dōminum  
omnes gētes, cum Gloria patri: post

quem repetitur eadem Antiphona.

Capitulum, Hymnus & Versus non  
dicuntur: sed statim, Sacerdos in cātu  
incipit Antiphonam ad Magnificat.



Vespe re autem sabbati.

Et prosequitur Chorus.

Quæ lucēscit in prima Sabbati: venit  
Maria Magdalēne, & altera Maria, vi-  
dēre seplūchrum, elleluia.

Deinde cantatur Magnificat: &  
repetita Antiphona, Sacerdos dicit  
Dōminus vobiscum. & Et cum spīri-  
tu tuo. Oremus.

**S**pīritum nobis, Dōmine, tuæ cha-  
ritātis infunde: vt, quos Sacramē-  
tis

ris paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitâte e iusdem Spiritus sancti.

**Deinde dicit Dominus vobiscum**  
✠. Et cum spiritu tuo.

**Postea Diaconus cantat.**



**Ite missa est: Alle lu-**



**ia Alle lu ia.**

✠. Deo gratias; Alleluia, alleluia.

**ORDINARIUM MISSÆ.**

Sacerdos cū ingreditur ad altare, signans se signo Crucis, clara voce dicit



**I**N NOMINE PATRIS, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

**Deinde iunctis manibus ante pectus incipit cum ministris Antiphonam Introibo ad altare Dei. Ministri. ✠. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.**

**Postea alternatim cum ministris dicit sequentem Psalmum.**

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea,

quare me repulisti, & quare tristis incedo dum affligit me inimicus?

**E**mitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me de duxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

**E**t introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

**C**onfitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & Deus meus.

Gloria patri & filio & spiritui sancto. Sicut erat in principio & nunc & sepe, & in secula seculorum Amen.

**Repetit cum ministris Antiphonam**  
✠. Introibo ad altare Dei. ✠. ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. **Signat se dicens** ✠. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ✠. Qui fecit celum & terram. **Deinde iunctis manibus inclinatus facit confessionem.**

**In Missis de functorum, & in Missis de tempore, à Dominica Passionis vsque ad Sabbatum sanctum exclusiue, omittitur Psalmus, Iudica me Deus cum Gloria patri, & repetitione Antiphonæ. Sed dicto In nomine patris, Introibo, & Adiutorium, fit confessio vt sequitur.**

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaëli archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis, & vobis, fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo & opere, **Percutit sibi pectus, dicens**

**dicens:** mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor, beatam Mariam semper virginem, beatum Michaellem archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

**Ministri respondent.**

**M**isereatur tui omnipotens Deus & dimissis omnibus peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam.

**Sacerdos dicit Amen. Deinde ministri: epetunt confessionem: & ubi à Sacerdote dicebatur Vobis fratres, & Vos, fratres, à ministris dicitur, Tibi pater, & Te pater. Postea Sacerdos iunctis manibus facit absolutionem dicens.**

**M**isereatur vestri omnipotens, Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris, perducat vos in vitam æternam. **R.** Amen.

**Signat se signo crucis dicens.**

**I**ndulgentiam, absolutionem, & remissionem omnium peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens & misericors Dominus. **R.** Amen.

**Inclinatus prosequitur.**

Deus tu conuersus viuificabis nos. **R.** Et plebs tua lætabitur in te. **V.** Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam. **R.** Et salutate tuum da nobis.

**V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **Ascendens ad altare dicit.**

**Oremus.**

**A**ffer à nobis, quaesumus, Domine, cunctas iniquitates nostras, vt ad sancta sanctorum, puris mereamur mentibus introire. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Manibus iunctis super altare, inclinatus dicit.**

**O**ramus te, Domine, per merita sanctorum tuorum.

**Osculatur altare dicens.**

Quorum reliquiae hic sunt, & omnium sanctorum: vt indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

**In Missa solenni, Celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incensum, dicens, A b illo bene dicaris, in cuius honore cremaberis, Amén. Et accepto thuribulo à Diacono, incensat altare, dicens. D irigatur Domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. P one, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiae labijs meis: vt non declinet cor meum in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis.**

**Deinde Diaconus recepto thuribulo à Celebrante, incensat illum tantum. Postea Celebrans signans se signo crucis, incipit Introitum quo finito, iunctis manibus accedens ad medium altaris, alternatim cum ministris dicit.**

**K** yrie eleison, kyrie eleison, Kyrie eleison. **C** hriste eleison **C** hriste eleison, **C** hriste eleison. **K** yrie eleison, **K** yrie eleison, kyrie eleison.

**Postea ad medium altaris extendens**

dens & iungens manus, caputque ali-  
quantulum inclinans, dicit si dicen-  
dū est: **G**loria in excelsis Deo: & pro-  
sequitur iunctis manibus: cum dicit,  
**A**doramus te, & Iesu Christe, & **S**us-  
cipe deprecationem. **i**nclinat caput:  
& in fine dicens **C**um S. Spiritu, sig-  
nat se.

**In Duplicibus & solēnibus diebus.**



**G**loria in excelsis Deo  
**In Missis beatæ Mariæ.**



**G**loria in excelsis Deo  
**In Dominicis, Fests Semiduplici-  
bus, & infra Octavas, quæ non sunt  
beatæ Mariæ.**



**G**loria in excelsis Deo  
**In festis simplicibus.**



**G**loria in excelsis Deo.

**G**loria in excelsis Deo. **E**t in ter-  
ra pax hominibus bonæ voluntatis.  
**L**audamus te. **B**enedicimus te. **A**

**d**oramus te. **G**lorificamus te. **G**ra-  
tias agimus tibi propter magnam gra-  
tiam tuam. **D**ñe Deus, rex caelestis, **D**e-  
us Pater omnipotens. **D**ñe fili vnigeni-  
te Iesu Christe. **D**omine Deus A-  
gnus Dei, filius Patris. **Q**ui tollis pec-  
cata mundi, miserere nobis. **Q**ui tol-  
lis peccata mundi, suscipe deprecati-  
onem nostram. **Q**ui sedes ad dexteram  
Patris, miserere nobis. **Q**uoniam tu  
solus sanctus. **T**u solus Dominus. **T**u  
solus altissimus Iesu Christe. **C**um  
sancto spiritu, in gloria Dei Patris.  
**A**men.

**S**ic dicitur Gloria in excelsis, etiam  
in Missis beatæ Mariæ. Deinde oscu-  
latur Altare in medio. & versus popu-  
lum dicit. **D**ñs vobiscum. **R.** Et cū  
spiritu tuo. **p**ostea dicit. **O**remus.  
Deinde Orationes, una aut plures se-  
quitur Epistola, Graduale. **A**lleluia  
vel **T**ractus, **S**equētia. **v**t tempus po-  
stulat. His finitis, **s**icut Missa solēnis  
Diaconus deponit librum Euangeli-  
um super Altare, & benedicens in cen-  
so vt supra, genuflexus manibus iun-  
ctis ante medium Altaris dicit.

**M**unda cor meum ac labia mea  
omnipotens Deus, qui labia  
Isaiæ prophetae calculo mundasti ig-  
nito: ita me tua grata miseratione dig-  
nare mudare, vt sanctum euāgelium  
tuū dignè valeam nunciare. Per **C**hri-  
stum Dominum nostrum. **A**men.

Deinde accipit librum. **S**icut in  
genuflexus petit benedictionem a **S**acer-  
dote dicens: **I**ube domine benedicere  
**S**acerdos respondet.

**D**ominus sit in corde tuo & in labijs tuis, vt dignè & competenter annuncies Euangeliũ suum, in nomine patris & filij & spiritus facti.

Deinde accepta benedictione osculatur manum Sacerdotis: & cum alijs ministris incenso & luminaribus accedens ad locum Euangelij, stans iunctis manibus dicit. **D**ominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **P**ronuncians, Sequentia sancti Euangelij secundum **N.** Pollice dextræ manus signat librum Euangelij, deinde frontem, labia, & pectus: & dum ministri respondent Glória tibi Domine, incensat ter librum, postea dicit Euangelium iunctis manibus. Quo finito, Subdiaconus defert librum Sacerdoti, qui osculatur Euangelium dicens: Per Euangélica dicta deleantur nostra delicta. Deinde à Diacono Sacerdos incensatur. Si vero Sacerdos sine Diacono & Subdiacono celebrat, delato libro ad aliud cornu Altaris, stans ad medium Altaris, iunctis manibus, & aliquantulum inclinatus, dicit: **M**unda cor meum, & **I**ube dñe benedicere. **vt supra, & D**ominus sit in corde meo, & in labijs meis, vt dignè & competenter annunciem Euangelium suum.

Deinde ad librum conuersus iunctis manibus dicit. **D**ñs vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo: & **p**ronuncians Inítium huc Sequentia sancti euágelij, &c. signat se, & legit Euangelium, vt dictum est. Quo finito, respondent ministri. Laus tibi

Christe: & Sacerdos osculatur euangeliũ, vt supra, In Missis defunctorum dicitur **M**unda cor meum: sed non petitur benedictio, non deferuntur luminaria, nec osculatur liber.

Deinde ad mediũ altaris extendens & iungens manus, dicit si dicendum est: **C**redo in vnum Deum, & prosequitur iunctis manibus. Quando autem vctum est ad illud, Et incarnatus est, genuflectit vsque dum dicitur, Crucifixus etiam pro nobis. In fine ad. Et vitam venturi. signat se signo Crucis.



**C**redo in vnum Deum, **P**atrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibiliũ omnium & invisibiliũ. Et in vnum Dominũ Iesum Christum, filium Dei vnigenitũ. Et ex patre natum, ante omnia secula. Deũ de Deo, ñmen de lumine. Deũ verum de Deo vero. Genitum, nõ factum, cõsubstantialem patri: per quẽ omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex Maria Virgine: **E**t homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum scripturas: Et ascendit in cœlum: sedet ad dextram patris. Et iterum venturus est cũ gloria, iudicare viuos & mortuos: cuius regni nõ erit

finis. Et in spiritum sanctum Dominum & viuificantem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et vnâ sanctâ catholicam & apostolicam ecclesiam. Confiteor vnum baptismum in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen.

Deinde osculatur altare, & versus populū dicit. *R.* Dominus vobiscū. *R.* Et cum spiritu tuo. *Postea dicit Orémus, & Offertorium. Quo dicto si est Missa solennis, Diaconus pro rigit Celebranti patenam cum hostia: si priuata, Sacerdos ipse accipit patenam cum hostia, quam offerens dicit.*

**S**uscipe, sancte pater omnipotens, æternæ Deus, hanc immaculatam hostiam: quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo & vero pro innumerabilibus peccatis & offensionibus & negligentijs meis, & pro omnibus circumstantibus, sed & pro omnibus fidelibus Christianis viuis atque defunctis: vt mihi & illis proficiat ad salutem in vitam æternam. Amen.

Deinde reposita hostia super corporale, ministrat Diaconus vinum, Subdiaconus aquam in calice: vel si priuata est Missa, vtrumque infundit Sacerdos, & aquam miscendam in calice benedicit, dicens.

**D**eus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: da nobis per huius aquæ & vini mysteriū, eius

diuinitatis esse cōsortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps Iesus Christus filius tuus Dominus noster. Qui tecum viuit & regnat, in vnitate spiritus sancti, Deus: per omnia secula seculorum. Amen.

*In Missis pro defunctis dicitur prædicta Oratio: sed aqua non benedicitur. Accipiens calicem, offert, dicens.*

**O**fferimus tibi, Domine, calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam: vt in conspectu diuinæ maiestatis tuæ pro nostra & totius mundi salute, cum odore suauitatis ascendat. Amen.

Deinde posito calice super corporale, & palla cooperto, iunctis manibus aliquantulum inclinatus dicit.

**I**n spiritu humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te, Dñe: & sic fiat sacrificiū nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi Dñe Deus.

*Erectus expandit manus, easque in altum porrectas iungens, eleuatis ad coelū oculis, & statim demissis dicit.*

**V**eni sanctificator, omnipotens æternæ Deus.

*Benedicit oblata prosequendo.*

Et bene **✠** dic hoc sacrificiū tuo sancto nōmini preparatum.

*Postea, si solenniter celebrat, benedicit incensum, dicens.*

**P**er intercessionem beati Michaelis Archangeli stantis à dextris altaris incensi, & omnium electorum suorum, incensum istud dignetur dominus benedice, & in odorem suauitatis accipere. Per Christum Dominum nostrum. *R.* Amen.

Et accepto thuribulo à Diacono  
incensat oblata, dicens.

**I**ncensum istud à te benedictum, ascendat ad te Dòmine: & descendat super nos misericordia tua.

Deinde incensat altare, dicens.

**D**irigatur, Dòmine, oratio mea, sicut incensum in còspèctu tuo: eleuatio mànuum meàrum sacrificiũ vespertinum. Pone Dòmine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis: vt non declinet cor meũ in verba malitiæ ad excufandas excufationes in peccatis.

Dũ reddit thuribulo Diacono, dicit.

**A**scendat in nobis Dòminus ignem sui amòris, & flammam æternæ charitatis, Amen.

Postea incensatur Sacerdos à Diacono, deinde alii per ordinem: Interim Sacerdos lauat manus, dicens.

**L**auabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuum, Dòmine. **V**t audiam vocem, laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua.

**D**òmine dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitatiõnis glóriæ tuæ. **N**e perdas cum impijs animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

**I**n quorũ manibus iniquitates sunt: dextera eorũ replèta est munèribus. **E**go autem in innocèntia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

**P**es meus stetit in directo: in ecclésijs benedicam te, Dòmine. **G**lória patri & filio, & spíritui sancto. **S**icut erat in principio, & nunc & semper, & in secula seculòrum. Amen.

In Missis pro defunctis, & tempore Passiõnis in Missis de Tempore emittitur **G**lória patri. Deinde ad medium altaris, & aliquantulum inclinatus iurætis manibus, dicit.

**S**uscipe, sancta Trinitas, hæc oblatiõnem, quam tibi offerimus ob memoriam passiõnis, resurrectiõnis, ascensiõnis Iesu Christi Dñi nostri: & in honore beatæ Mariæ semper virginis, & beati Ioãnis Baptistæ, & sanctorũ apostolorũ Petri & Pauli, & istorũ & omniũ factorũ: vt illis proficiat ad honore, nobis autem ad salutem: & illi pro nobis intercedere dignetur in cœlis, quorũ memoriã agimus in terris. Per Christum Dñm nostrum. Amen.

Postea osculatur Altare, & versus populum dicit.

**O**râte fratres: vt meum ac vestrũ sacrificiũ, acceptabile fiat apud Deum patrem omnipotentem.

Circunstantes respondent: alioquin ipsemet Sacerdos.

**S**uscipiat Dñs sacrificiũ de manibus tuis vel meis, ad laudem & glóriã nòminis sui: ad vtilitatem quoq; nostrã, totiusq; ecclésiæ suæ sanctæ. Amén.

Deinde manibus extensis absolute subiungit Orationes secretas. Quibus dictis, cum peruentum fuerit ad conclusionem, clara voce dicit. Per omnia secula seculòrum, cum prefatione, vt in sequentibus. Prefatio incipitur ambabus manib' positus hinc inde super Altare: quas aliquantulum eleuat cum dicit **S**ursum corda. Iungit manus, & caput inclinat, cum dicit.

dicit. Gr̄atias aḡamus D̄omino Deo nostro Deinde disiungit manus, & disiūctas tenet vsque ad finem Præfationis: & iterum iungit, cūm dicit. S̄ctus. &c.

Quomodo Præfationes cōtinētur in principio huius libri Missalis inuenies. SEQVENS Præfatio cū suo cantu dicitur à Natiuitate dñe, vsq; ad Epip. Et in Purificat. B. Mariæ Virginis. Et in festo Corporis Christi, & per Octauā.



Et omnia secula seculorum. *℞.* Amen. *✠*

D̄ominus vobiscum. *℞.* Et cū sp̄ritu tuo. *✠.* Sur-

sum corda. *℞.* Habem⁹ ad d̄ominū. *✠.* Gr̄atias aḡamus

D̄omino Deo nostro. *℞.* Dignum & iustum est.

Præfatio.

Vere dignū & iustum est, æquū & salutare, nos

tibi sepe, & ubiq; gr̄atias agere: D̄omine s̄cte, pater om̄n̄i





potēs, ætérne Deus. **Q**uia per incarnati verbi mysté-



rium noua mētis nostræ óculis lux tu æ claritâtis infulsit:



vt dū visibiliter Deū cognóscim9, per hūc in inuisibilium



amó ré rapiâmur. Et í de o, cum Angelis & Archágelis,



cū Thronis & dominati ó nibus, cūq; omni militia cæ léstis



exercitus, hymnū gloriæ tu æ canim9, si ne fine dicétes.

### INFRA ACTIONEM.

**C**ommunicantes, & diem **vel** noctem sacratíssimam **vel** sacratíssimum celebrátes: qua **vel** quo beátæ Mariæ intemeráta virginitás, huic mundo édedit Saluatórem. Sed & memóriam venerátes, in primis eiusdem gloriósæ semperque virginis Mariæ genitrícis eiusdem Dei & Dómini nostri Ie-

su Christi. Sed & beatorum Apostolorum, &c. In prima Missa duntaxat dicitur Noctem sacratissimam. deinde sepe dicitur Diem sacratissimum, usque ad Octavam Natiuitatis Domini inclusivæ, & non ultra.

SEQVENS Præfatio cum suo cantu dicitur in Epiphania.

Domini & per Octavam.



Per omnia secula seculorum. *℣.* Amē. *℟.* Dominus vo-



biscum. *℣.* Et cum spiritu tuo. *℟.* Surrexerunt corda.



*℣.* Habemus ad Dominum. *℟.* Gratias agimus tibi



Domino Deo nostro. *℣.* Dignum & iustum est.



Verè dignum & iustum est, æquum & salutare, nos



tibi sepe & ubique gratias agere: Domine sancte, pater omni-



potens, æterna Deus, *Q*uia cum vnigénitus tuus in sub-



stántia nostræ mortali tá tis appá ruit, noua nos immor-



ta li tâ tis suæ lu ce repa rá uit. Et í de o cum



Angelis & Archángelis, cum Thronis & Dominati ó-



nibus, cū que omni mi li ti a cæ lé stis ex ér citus, hym-



num gló riæ tu æ cá nimus si ne fi ne di cén tes.

### *INFRA ACTIONEM.*

*C*ommunicantes, & diem sacratissimum celebrantes: quo vnigénitus tuus in tua tecum glória coætérnus in veritate carnis nostræ visibiliter corporális apparuit. Sed & memóriam venerantes, in primis gloriósa semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei, & Dòmini nostri Iesu *C*risti. Sed & beatòrum Apòstolòrum, ac Martyrum tuòrum Petri & Pauli, &c.

Et dicitur per totam Octauam.

**SEQVENS** Præfatio cum suo cantu dicitur in Dominicis & in Festis Duplicibus, & Simiduplicibus Quadragesimæ: vsque ad Dominicam Passionis, nisi in Festis propria assignetur.



**P**er omnia secula seculorum. **℞.** Amē. **℣.** Dóminus vo-



biscū. **℞.** Et cū spírítu tu o. **℣.** Sur sum corda.



**℞.** Habemus ad Dóminum. **℣.** Grátias a gâmus



Præfa-  
tio.

Dómino De o nostro. **℞.** Dignū & iu stū est.



**V**eré dignū & iustū est, æquū & salu tâ re, nos tibi sem-



per & vbique gratias á gere: Dómine sancte pater omni-



potens ætérne Deus. Qui corporáli ie iúni o víti a cō-




primis, mentē éleuas, virtútem largí ris & præmia: per-




Christum Dóminum nostrum. Per quem maieftátē tuam



laudante án ge li, a dó rant domina ti ô nes, trémunt



potestá tes. Cœli cœlôrumque vir tú tes ac be â ta



se raphim, so ci a exul ta ti ô ne con cê lebrant.



Cum quibus & nostras voces vt admitti iú be as de-



pre câmur, sup pli ci confessi ò ne dicentes.

**SEQVENS** Præfatio cum suo cantu dicitur in Dominica Passionis, in Dominica Palmarum, in Feria quinta in Cœna Domini, & in Festis Duplicibus & Semiduplicibus eo tempore occurrentibus, nisi in Festis propria assignetur. Et in solennitatibus sanctæ Crucis.



Per omnia secula seculorum. **℞.** Amen. **℣.** Dominus



vobiscum. **℞.** Et cū spī ri tu tu o. **℣.** Sur sum corda. **℞.**



Ha bémus ad Dóminum **℣.** Grâti as a gâ mus Dó-



mino De o nostro. **℞.** Dignū & iu stū est.



V e r è dignum & iustum est, æquum & salu tá re,



nos tibi semper & ubique gratias ágere: Dòmi-



ne sancte pater omnipotēs, æterne Deus. **Q**ui salutem



humáni gēneris in ligno Crucis cōstitu ísti, vt vnde



mors o r i e batur, inde vi ta re surgere. Et qui in ligno



vincēbat, in ligno quoq; vícerētur: per Christū Dóminū



nostrum. Per quē maiestátē tuam laudát ànge li, adórant



dominatió nes, tremunt potestá tes. Cœ li cœlórūq;



virtutes, ac beata seraphim, sociæ exultatiône con-



cèlebrant. Cum quibus & nostras voces, ut admitti iu-



beas deprecâmur, suppliciter confessoriône dicentes.

**SEQVENS** Præfatio cū suo cantu dicitur à vigilia Paschæ vsq; ad Octauâ & in Dominicis vsq; ad Ascensionē: & in Festis Duplicibus & Semiduplicibus eo tēpore occurrētib; nisi in Festis propria assignetur. Et in Sabbatis sancti dicitur In hac potissimū nocte: in die Paschæ vsq; ad sabbatū in Albis inclusiuē dicitur In hac potissimū die: deinceps dicitur. In hoc potissimum tēpore.



Per omnia secula seculorum, **℞.** Amen.



**℞.** Dóminus vobiscū. **℞.** Et cū spiritutuo. **℞.** Sursum corda.



**℞.** Habemus ad Dóminū. **℞.** Grátias agamus Dómi-



no De o nostro. *℞.* Dignum & iustum est.

Præfa-  
tio.

*V*erè dignū & iustum est, æquū & salutāre,

*T*e quidem Dōmine omni tēpore, sed in hac potis-

simū die gloriōsius prædicāre, cūm Paschano-

strum immolatus est Christus. Ipse enim verus

est Agnus, qui abstulit peccata mundi. Quī

mortem nostrā moriendo destruxit, & vitam resur-  
gēn-



gên do re pa râ uit. Et í de o cum Ange lis



& Archangelis, Cum Tronis & Domina ti ó ni bus:



Cum que omni mi li ti a cæ lé stis ex ér ti tus, hym-



num gló ri æ tu æ cá nimus si ne si ne di cén tes.

### INFRA ACTIONEM.

**C**ommunicantes, & diem sacratissimum celebrantes: Resurrectionis Dómini nostri Iesu Christi secundum carnem. Sed & memóriam venerantes, in primis gloriósæ semperque virginis Mariæ genitricis eiusdem Dei & Dómini nostri Iesu Christi: sed & beatórum apostolórum, &c. *Sequitur.*

**H**anc igitur oblationem seruitútis nostræ: sed & cuncte familiæ tuæ quam tibi offerimus, pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua & Spíritu sancto, tribuens eis remissionem ómnium peccatórum: quæsumus Dómine, ut placatus, &c.

*Sic dicit à Vigilia Paschæ usq; ad sabbatum in Albis inclusiue.*

*SEQVENS Præfatio cum suo cantu dicitur à die Ascensionis, usque ad Vigilia Pentecostes exclusiue, & in Festis tunc occurrentibus.*

*Per*